quousque superveniat quod queritur et recte procedat motus. Ire vero et
timores cum contra moverint et commoventibus tamen hiis non sedantur
sed ad eadem commoventur. Et assimilatur hec passio nominibus et melodiis et sermonibus cum
per os fiat ad ipsorum valde. Pausantibus enim et nolentibus accidit iterum can
tare aut dicere. Sunt autem et superiora maiora habentes et nani peius
memoratiui quam contrarium propter id quod gravitatem multam habent in sensibili
et quod neque a principio motus possunt immanere sed dissolvuntur. Neque in remi
niscendo facile recte procedunt. Penitus autem novi et multum senes im
memores sunt propter motum. Hii quidem enim sunt in detrimento. Illi vero
in augmento multo sunt. Amplius autem pueri et nanosi sunt usque ad
magnam etatem. De memoria quidem igitur et memorari ~~quesitum~~ que
sit natura ipsorum et que earum que anime memorentur alia et de reminisci
quid est et quomodo fit et propter quam causam dictum est.

Explicit liber de memoria et reminis
centia. Incipit liber de sompno et vigi
lia.

De sompno autem et vigilia considerandum est
quid sunt. Et utrum anime vel corporis propria sint
vel communia. Et si communia cuius particule anime vel
corporis. Et propter quam causam insunt animalibus. Et utrum
communicant omnia simul ambobus ~~simul~~ ipsis
aut alia quidem sompno alia vero altero solum
vel alia quidem neutro. Alia vero utrisque. Adhuc autem quid est sompnium
et propter quam causam dormientes quidem sompniant. Quidam autem
non. Vel accidit quidem semper dormientibus sompniare sed non memi
nerunt. Et si hoc fiat propter quam causam fit. Et utrum contingat futura pro
previdere aut non contingat. Et qualiter si contingat. Et utrum
agenda ab homine solum vel quorum demonium habet hec causam et que
natura fiunt aut ab eventu.

Explicit de mem. et reminiscentia. Incipit lib. de sompno et vigilia